



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hermann Hamelmanns geschichtliche Werke

Reformationsgeschichte Westfalens

Hamelmann, Hermann

Münster i. Westf., 1913

5. Geseke

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56665](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56665)

5. Geseke¹⁾.

Über die hier von Hamelmann behandelte Episode liegen keine weiteren Quellen vor. Doch gibt der 1568 abgefaßte Bericht zu Zweifeln an seiner Zuverlässigkeit keinen Grund.

W 1376. Historia renati et iterum turbati evangelii et persecutionis factae in oppido Geseke^{a)} ditionis Coloniensis Westphalorum in vicinia ditionis Paderbornensis anno 1564. et 1565. per Hamelmannum^{b)}.

Etsi aliquoties in oppido Gesekensi fuerint evangelii praecones, qui iam olim inde turbati sint²⁾, tamen, quid nostro tempore actum sit, paucis exponam.

Cum in altera parochia, cui est abbatia adiecta, pius vir doceret evangelium nomine Lambertus Busius et in altera, quae est collegiata, duo alii concionatores Alhardus Mattenclotius^{c)}, ibidem canonicus, et Godefridus Wolaeus, viri pietate et verae religionis cognitione conspicui, et recte docerent et simul cum Lamberto sincere sacramenta administrarent iuxta Christi institutionem anno 1564. et simul Germanicos psalmos cum populo canere in ecclesia pergerent, sunt tamen illi graviter per papistas

a) *W*: Gesecke. b) *W*: conscripta per Hermannum Hamelmannum, L. Th.

c) *W*: Mattenrotius, *B anfangs* Mattenkotius, *dann* Mattenklotius.

¹⁾ *Jacobson* S. 477–480. *Kampschulte* S. 183, 283, 309, 312, 321 f. *H. Kampschulte*, *Beiträge zur Geschichte der Stadt Geseke*, *Werl* 1868, S. 18–22. *A. Löhers*, *Geschichte von Geseke*, *Geseke* 1895, S. 75–90. *J. Lappe*, *Das ehemalige Gymnasium Antonianum zu Geseke*, in: *Beiträge zur Geschichte Dortmunds und der Grafschaft Mark* Bd. 20 (1911), S. 254–257.

²⁾ *Unten unter Lippstadt (W 1054)* gibt Hamelmann an, daß bereits zu Ende der zwanziger oder Anfang der dreißiger Jahre der Augustiner Johannes Koster in Geseke die evangelische Lehre predigte, aber vertrieben wurde.

ibidem commorantes delati apud officialem Werlensem Gerhardum Kleinsorgium, ll. licentiatum, et alium quendam ibidem fiscalem et eum, qui est ibidem sigillifer, et simul haereseos Lutheranismi accusati. Qui coniunctim illos tres deferunt graviter apud archiepiscopum Coloniensem Fridericum. (Dolendum certe est tam *W 1377.* excellentis eruditionis et eloquentiae homines fratres Gerhardum Kleinsorgium et Christianum Kleinsorgium, ll. licentiatos dignissimos ¹⁾, adeo abhorrere a veritate et hostes esse evangelii, imo hoc unum hodie agere in ditone Coloniensi, quae sub Westphalia comprehenditur, ne ibi doceatur evangelium aut verus usus sacramentorum administretur vel Germanici psalmi canerentur.) Episcopus statim dat in mandatis officiali, sigillifero et fiscali, ut evocatis istis concionatoribus serio praeciperent, ut quam primum se eis sisterent ad reddendam rationem sui facti et deinceps graviter istis iniungerent, ne huiusmodi dogmata amplius ab eo tempore spargerent.

Ita accidit, ut primo sit citatus ad examen Alhardus Mattenclotius et simul examinatus ab istis tribus Pharisaeis Werlensibus, sed ipse ordine iuxta doctrinam Augustanae confessionis commode responderat et sic rationem fidei reddiderat. Sed cum ipsorum et animos et propositum perspectum haberet, reversus domum quaerit cito occasionem resignandi suam praebendam, ut vocant, et mansit in ministerio tamen adhuc.

Hoc cum Werlenses persecutores olefacerent, praeterito illo vocarunt deinceps Arnsburgum sub nomine archiepiscopi reliquos duos concionatores, ut coram electore comparerent. Ibi etsi timore percussi valde primum dubitarent, quid facturi essent, tamen per Christum confortati tempore statuto comparuerunt. Venientes Arnsburgum abierat iam episcopus, itaque sistebantur officiali, sigillifero et fiscali Werlensibus. Hic officialis praecipue acriter invectus et debacchatus est, ut est valde loquens, in Lutherum et eius doctrinam, mox hoc quoque addiderat, sibi sociisque ab electore iniunctum esse, ut istis duobus concionatoribus Gesekensibus referrent et iniungerent ipsius Celsitudinem graviter eis mandare, ut in posterum ab impia Lutheranorum doctrina caverent nec Germanos psalmos canerent, deinde nec amplius sacramentum Lutheranorum more, sed catholicorum, id est pontificiorum ritu

¹⁾ *Vgl. über sie Bd. 1 H. 3 S. 247.*

distribuerent. Postremo addiderat, ne quoque posthac docerent nos sola fide iustificari aut sanctos non esse invocandos, cum illi sint nostri patroni. Illi modeste respondere cupiebant, sed nemo vel verbum ab eis volebat audire. Dixerant enim: „Nobis non est iniunctum vestras audire responsiones, sed mandatum electoris ad vos deferendum accepimus tantum.“

W 1378. Illi domum reversi, quamquam in periculo versarentur, tamen fortiter pergunt in incepto instituto, canunt Germanicos psalmos cum plebe in ecclesia, docent pure, sacramenta integre administrant, revocant homines a sanctorum invocatione ad unicum mediatorem Christum et commendant Domino negotium suum. Lamberto primo igitur iussu Werlensium Caiphae, Annae et Pilati renuntiatur munus, deinde et aliis tamquam contumacibus et non oboedientibus electori interdiciuntur sacra. Ibi, licet pro Lamberto Busio graves fierent intercessionem magnatum et nobilium, tamen postquam eo venisset Werlensis officialis et vidisset audivissetque illum cum reliquis Lutherano more conciones et cerimonias adhuc formare, omnia frustra tentabantur, itaque alii duo discedunt ab officio. Godefridus Wolaeus abiit in suam patriam in oppidum Unnam. Alhardus vero Mattenclotius opera Gabrielis Mattenclotii, fratris et secretarii docti illustris et pii in aula Juliacensi¹⁾, parochiam ruralem sub nobilibus de Adelevensen prope urbem Göttingam consequitur²⁾.

¹⁾ Gabriel Mattenclotius ex Geseke studierte in Marburg, wo er im ersten Halbjahr 1538 immatrikuliert wurde (Caesar, Progr. 1875, S. 27). Später war er Rektor in Bielefeld (vgl. unter Bielefeld, W 843). Als jülichischer Geheimschreiber kommt er 1555—1589 vor (vgl. die Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins nach dem Register von Redlich). Seine „Memorabilien“ (Rerum in Germania, praecipue inferiore gestarum brevis commemoratio) sind abgedruckt im Archiv für die Geschichte des Niederrheins Bd. 5 (1865) S. 222—243. — Hamelmann widmete „ornatissimo doctrina et pietate eximio viro D. Gabrieli Mattenclot, secretario illustrissimi ducis Juliae, suo patrono colendo“ handschriftlich sein Buch „Unanimis omnium patrum . . . consensus de vera iustificatione hominis coram Deo, Ursellis 1562“ (Exemplar der Kölner Stadtbibliothek).

²⁾ Er wurde Pastor in Barterode, Kr. Uslar. In den Akten der Generalkirchenvisitation von 1588 (hrsg. von K. Kayser in der Zeitschrift der Gesellschaft für niedersächsische Kirchengeschichte Jg. 8, 1904) heißt es (S. 181): „Bordenrode (!): Pastor Alardus Mattenclot, Gesecanus, ordinirt vor 33 Jahren. Examen: mediocriter. Unbelehnt, ist Adelepser Lehn.“

Cum adhuc haereret ibi in ministerio Lambertus, has de illo scripsit ad abbatissam literas elector Coloniensis ^{a)}).

Der erwidigen und geistlichen unser lieben andechtigen Clara von Meschede ^{b)}, erwelte abtissine des Stiffts Geseke.

Friderich von Gottes gnaden Erwelter zum Bischove zu Coln und Churfurst.

Wirdige und geistliche liebe andechtige, nachdem uns hiebevur furkommen, das der Rector ad S. Ciriacum in unser Stadt Geseke genannt Lambertus sich unser alten waren Catholischen Religion widerwertig erzeigt, haben wir ihnen wie auch ettliche andere mehr jungst in unsern Anwesen in Westphaln durch unsere Rethe und gelerte examinirn und seine meinunge in solchen sachen von ihme horen lassen. Dieweil sich nu in solcher examination [befunden], das er der vorgeregten unser alten waren Catholischen Religion und gottseligen Kirchenordnung gantz zuwider gehandelt, sich auch in den ehestand vermeinlich begeben, will uns als dem landesfursten und ordinario nicht geburen, solchen unehrlichen und ungeburlichen handel (so zu weiterung, Verlauff, Zwiespalt in der Religion, Kirchen und dem gemeinen Man zur ergerniß gereicht) zuzusehen. Derhalben ist ahn euch unsere gnedige gesinnen und befehlich, ir als die Collatrix angezogen pastorats wollen den gemelten Lambertum von dannen schaffen, einen andern geschickten und fromen Catholischen lerer und pastorn an seine stadt verordenen und euch in deme also verhalten, damit wir und menniglich spuren mugen, ir unser alten waren Catholischen Religion meer als solichen ungeburlichen nur angefangen handel (daran wir gleichwol nit zweiffeln) anhengig. Wo ferer aber [gegen] unser vorsehen Ir dussem unsern wolmeinen und billichen befell nicht nachsetzen wurden, habt Ihr zu gedencken, das wir, wie furgesagt, als der Landesfurst und ordinarius in dussem geburlichs Insehens zuthun nicht unterlassen werden. Das wollen wir euch gnediger und gutter meinunge nicht furhalten, damit ir diesem wissens und euch darnach zu richten hetten. Sind euch sonst wol geneigt. Datum Linne am ersten Septembris Anno etc. 64. W 1379.

a) *W hat im Folgenden einige willkürliche Änderungen.*

b) *W: Menschede.*

Sic amotus est Lambertus a ministerio et ab eius aliorumque motionis tempore usque ad pascha proximi et sequentis anni 1565. nulla habita est concio in oppido Geseke. Itaque pii ibi in maerore et luctu fuerunt propter amotos suos pios pastores et imminentes lupos rapaces, etsi aliquoties sacrificuli aliquot paulo post essent propositi. Sed illi ut minus idonei reiciebantur^{a)}.

Lambertus haesit aliquando Geseke, in sua patria. Quo deinde abierit, ignoro. Interim omnes sancti in eo loco graviter plorando et lamentando de Caiphis, Annis et Pilatis Werlensibus conqueruntur et dolent tam pios viros sibi eripi. Tandem receptus est in locum pristinum Lambertus, qui ibi postea neutralitatem exereuit.

Dicitur tamen iste Fridericus de Weida comes conscientiae causa deposuisse et resignasse electoratum et archiepiscopatum Coloniensem, ut posset veluti patruus pie et bona conscientia vivere¹⁾. Anno 1568.

Finis historiae ecclesiasticae in oppido Geseke.

a) *W*: reperiebantur.

¹⁾ *Er resignierte am 23. Oktober 1567 und starb am 23. Dezember 1568. Hamelmann hat also seine Erzählung abgeschlossen, ehe er von Friedrichs Tode Kunde hatte.*